

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri  
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta  
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

**Châteillon, Sébastien**

**Francofurti, 1761**

**VD18 12886300**

**Josephvs Agnitvs.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18303**

omnibus piis accidit in hac vita: at in futura accidet. Nam prima pars vitæ Josephi, quæ calamitosa fuit, umbra est hujus vitæ piorum: altera vero futuræ. Atque idem dico de Jacobo & Davide. Ad gaudia venitur per dolores: ad honores per infamiam: ad dulcedinem per amaritudinem: ad altitudinem per humilitatem, per mortem ad vitam.

## JOSEPHVS AGNITVS. Gen. 44. 45.

## ARGVMENTVM.

Filiï Israelis revocati de via, iussu Josephi, furti simulate accusantur. Tandem Josephus sese eis aperit.

*Præfetus domus Josephi, filii Israelis, Ruben,  
Judas, Josephus.*

**R**estate viri. Heus vos appello, sistite gressum. Hoccine est humanum factum aut dignum hospitibus, pensare bonum malo? An nesciebatis eam esse, qua herus est solitus potare? At etiam sperabitis eum ignoraturum, qui est divinus: male omnino a vobis factum. *F.* Quid tibi vis homo cum tua ista iracundia? aut quid nos accusas? *P.* Ita vos Deus amet, ut nescitis. *F.* Nam qui sciamus? *P.* Suffurati estis pateram heri mei. Scitis nunc? At etiam ut fingunt vultum? *Ju.* Pace tua dixerimus, vir optime, absit procul a nobis istud facinus. Tute sis, ut reportaverimus ad te usque e finibus Cananæorum, argentum repertum in ore fæccorum no-

stro.



tura accistrorum; tantum abest, ut sustulerimus e domo  
 uæ calami domini tui aurum, aut argentum. Ita tecum  
 altera vero agemus; si quem penes deprehensa fuerit pate-  
*T. Davide* ra, ipse moriatur, nos omnes perpetuæ servituti  
 onores per addicamur. *P.* Imo agemus mitius, Qui fue-  
 inem: ad rit convictus furti, mihi servus esto; ceteri liberi  
 uortem ad discedunto. *F.* Placet: deponamus sarcinas  
 44. 45. ocyus, hem, scrutare ut libet. *P.* Placet con-  
 quirere a maximi sarcina ad minimi. Hic qui-  
 dem non est, neque hic: sed profecto invenie-  
 tur. Ubi ubi est, diu celari non potest. Euge  
 manifestum furtum. Hic est in facco minimi  
 natu; An etiam nunc potestis negare? depre-  
 hendine ego furem manifestarium? *F.* Aperta  
 res est, periimus funditus. Heu rem miseram  
 & luctuosam. An ulli unquam mortales fuerunt  
 atque infortunati, atque non sumus? *Ju.* Equi-  
 dem nequeo satis mirari. At at, data nobis sunt  
 verba, redeamus propere omnes ad Saphnatopa-  
 nam, si ulla supereft spes salutis. Ah pater, pa-  
 ter, quam metuo male, ne tibi accidat, quod me-  
 tuebas tantopere. *Jo.* Quod facinus fecistis ho-  
 spites? An ignoratis, me <sup>a)</sup> unum eorum esse,  
 qui divinant? *Ju.* Quid diceimus, domine?  
 quid loquemur? quam causam efferemus? Deus  
 patefecit peccatum nostrum: ecce nos tibi ser-  
 vos, una cum eo, apud quem inventa est patera.  
*Jo.* Rona verba. Imo ipse unus mihi serviet,  
 vos redite salvi ad patrem vestrum. *Ju.* Quæfo

C 2

ut

a) Divinum esse, ideoque potuisse divinare furtum  
vestrum.



## 36 DIALOG. SACRORVM

ut liceat mihi pauca loqui apud te cum bona ve-  
nia. Nam tu quidem es alter Pharaon. Cum  
primum huc venimus (ut tute scis) frumentand  
gratia, rogasti: num nam esset nobis pater, au-  
frater. Nos respondimus, patrem esse nobis se-  
nem, fratremque natum jam annoso patri, cuius  
item germanus alter excessisset vita, illum tum  
solum restare domi cum matre, patrique esse  
charissimum: & tu jussisti fratrem illum adduc  
ad te, quod dices velle te videre. Nos respon-  
dimus, patrem non posse carere eo, qui morere-  
tur præ mœrore. Tum tu interdixisti nobis adi-  
tu ad te, nisi minimus natu frater compareret  
nobiscum. Nos retulimus omnem rem patri.  
Cumque juberet nos redire huc eadem de causa  
negavimus venturos sine fratre. Pater dicere,  
ex duobus filiis, quos sustulisset ex uxore, alterum  
feris devoratum esse, nec postea visum sibi: alte-  
rum superesse, qui si abduceretur a se, & b) ali-  
quid humanitatis accideret ei, nos fore in causa  
ut senex misere interiret. Nunc si revertar ad  
eum, neque reducam puerum, quem unice amat,  
simul atque viderit me, morietur: atque ita fue-  
rimus autores miserrimæ mortis patris nostri,  
ejusque senis. Atqui ego vas factus pueri sisten-  
di. Quare obsecro, ut c) ego potius serviam  
servitatem apud te, pro puero: ipse redeat do-  
minus cum fratribus. Neque enim sustineo redire  
ad

b) Moreretur.

c) Magna Judæ pietas, qui ipse servire malit, quam pa-  
trem angi Benjaminis desiderio.

ad  
afflic-  
ime,  
omi-  
Obs-  
ftis?  
chry-  
quer-  
ptur-  
me  
est a-  
nire  
sunt  
sem-  
præ-  
ven-  
don-  
qui  
mili-  
Qu-  
nar-  
que  
gra-  
Sup-  
esse  
nor-  
vide  
vob-  
om-  
ne

d)



ad patrem sine puerō, ne videam mala, quibus  
afflictabitur. *Jo.* Enimvero jam non contineo  
me, nec possum amplius dissimulare. Vos exire  
omnes foras. O fratres mei, ego sum Josephus.  
Obsecro, estne superstes pater? Quid obstupui-  
stis? Amplectimini me. Oh non contineo la-  
chrymas. Ego sum Josephus germanus vester,  
quem vendidistis mercatoribus euntibus in Ægy-  
ptum. Proinde ne angimini, neve dolete, quod  
me vendideritis. Nam <sup>d)</sup> hoc totum profectum  
est a providentia DEI, qui voluit, ut huc ante ve-  
nirem. Etenim duo anni fame infesti elapsi  
sunt: superest adhuc quinquennium, quo neque  
fementis fiet, neque messis. Quamobrem DEVS  
præmisit me in hæc loca, quo sciebat vos esse  
venturos, ut esset, qui servaret vos, paternamque  
domum. Itaque non vos, sed DEVS misit me,  
qui effecit, ut essem Pharaoni pater, toti ejus fa-  
miliæ dominus, universis Ægyptiis Princeps.  
Quocirca proficisci mini continuo ad patrem, &  
narratote ei, me esse & vivum, & magnum, at-  
que gratiosum: proinde ne cunctetur commi-  
grare ad me cum tota domo, & pecoribus.  
Suppellectilem ne moretur; plurimam enim hic  
esse. Nam aliam vos in terra quadam feraci,  
non procul hinc. Ecce vos videtis oculis vestris,  
videt charissimus frater Benjamin, ut colloquar  
vobiscum meo ipsius ore: licet agnoscatis, &  
omnia renuncietis patri. O mi Benjamin, teneo  
ne ego te? ut libenter amplectar charissimum

C 3

mihi

<sup>d)</sup> Dei sapientia hominum peccata vertit in bonum.



## 38 DIALOG. SACRORVM

mihi capitulum? Agite, amplectar vos omnes  
Salvete fratres redditi mihi post longum tempus.  
**F.** Salve & tu, frater mitissime.

### SENENTIA.

*Deus est mirificus, etiam peccata suorum convertit ad ipsorum salutem.*

MOSES EXPOSITVS. Exodi 2.

### ARGVMENTVM.

Moses infans a matre expositus, reperitur a filia Pharaonis, & matri ignoranter traditur alendus.

*Jacobeda mater Mosis, Maria soror, Termuthis filia Pharaonis, Ancilla.*

**H**ucusque evasimus clanculum, & iam pervenimus ad flumen. Nunc exponendus est hic infans puer, ne Pharao resciscat, eum esse servatum a nobis, contra suum mandatum atque voluntatem. Nam quod servamus eum jam tres menses, fecimus cum magno periculo. Sed melius erat venire in discrimen etiam de vita, quam finere necari tam formosum puerum. O crudelem Regem! qui jussit interfici omne partus mares. Quam multi sunt pereinti iussi ejus, in ipso ingressu vitae? Quæ est unquam audita tanta immanitas? infantes jugulari in ipso limine & ingressu vitae? O mi filiole, ego mater misera cogor exponere de hic in papyro! te, quem tuli utero, quein peperi, quem per tres menses occultavi & occultarem adhuc, si possem.